



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

Parisiis, 1644

Epistola Hilari diaconi ad Pulcheriam Augustam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14887

nouum paschalem cyclum annorum quingentorum quadraginta duorum per Victorinum Aquitanum eius facultatis tum facile principem, Gennadio & Mariano Scoto auctoribus, fieri curauit. *Anthemium imperatorem occidentis*, inquit Gelasius epist. 11. ad Dardan. cum Philotheus Macedonianus, eius familiaritate suffultus, noua Conciliabula diuersarum sectarum in urbem inducere uellet, apud beatum Petrum apostolum palam ne id fieret, clara uoce constrinxit, in tantum, ut non ea faciendâ cum interpositione iuramenti idem imperator promitteret. Huius temporibus Constantinopoli, cuidam pictori Christum forma Iouis pingere conanti, manus exaruit: post facinoris & delicti confessionem, Gennadius episcopus Constantinopolitanus eum sanauit. *Cedrenus in compen.* Daniel Stylita sanctitate & miraculis celeberrimus claruit, qui precibus suis, ut referunt acta eiusdem, Leoni imperatori ex Verina coniuge prolem masculam obtinuit, & urbis Constantinopolitanæ incendium quatriduanum extinxit. Qua fortuna Hilarius infidiis Dioscori Alexandrini e latrocinio Ephesino elapsus, post legationem peractam Romam uenerit, quidve egerit, diximus supra in notis epistolæ illius, quam Hilarius adhuc diaconus ad Pulcheriam Augustam hac de re conscripsit.

Ultio diuina in pictorem.

Quamdiu sedem pontificiam obtinuerit.

Constitutum quid.

^b *Sedit annos sex, menses tres, dies decem.*] Quarto Idus Septembris anni Christi nati 467. qui est Leonis 11. imperii, Hilarius uita ac pontificatu defunctus, sedit annis sex, mensibus decem, minus duobus diebus. Constabit uerum esse quod dixi, si initium & finem pontificatus consideres.

^c *Fecit constitutum.*] Id est decretum synodale, ut dixi supra in notis ad uitam Innocentii. Hoc autem decretum, de quo loquitur auctor pontificalis Anastasius, latum fuit in Concilio Romano sub Hilario celebrato, anno Domini 465. qui pontificatus Hilari quintus annus est.

EPISTOLA
HILARI DIACONI SACRÆ
ROMANÆ ECCLESIAE,
ET SANCTI LEONIS PAPÆ LEGATI,
AD PVLCHERIAM AVGVSTAM.

De Ephesino Conciliabulo, factionibus Dioscori,
& fuga sua.

*Gloriosissimæ & piissimæ Pulcheriæ Augustæ
Hilarus diaconus.*

STVDIVM mihi fuisse, &c. *Excusa est cum quibusdam annotationibus supra in præambularibus Concilii Chalcedonensis.*

EPIST.